Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Pocabunt omnes bestie agri· et
exspectabunt onagri in sitiu suo·
Sup eā habitabunt volucres cēli de me
dio petrarum dabunt voces· Ri
gans montes de superioribus tuis· de
fructu operum tuorum dūe satiabitur
terra· Producens fenū iumentis
et herbam seruituti hominū· Et
educas panem de terra· et vinum lētifi
cet cor hominis· Vt exilaret fa
ciem eius in oleo· et panis cor homīis
confirmet· Saturabuntur ligna
campi et cedri libani quas plantauit
illic passeres nidificabunt· Ho
rodii domus dux est eorum· montes ex
celsi cervis· petra refugium erinaceis·
Fecit lunam in tempore· sol cognouit
occasum suum· Posuisti tene
bras· et facta est nox· in ipsa pertransibūt
omnes bestie silue· Catuli leonū
rugientes ut rapiant· et querant a
deo escam sibi· Ortus est sol· et con
gregati sunt· et in cubilibus suis col
locabuntur· Exibit homo ad opus
suum· et ad operationem suam usque ad
vespam· Quam magnificata sūt
opera tua domine· omnia in sapiētia
fecisti· et impleta est terra possessione
tua· Hoc mare magnū· et spatio
sum manibus· illic reptilia quorū
non est numerus· Animalia pu
silla cum magnis· illic naues pertī
sibunt· Draco quem formasti ad
illudendum ei· omnia ad te exspec
tant· ut des illis escam in tempore·
Dante te illis colligent· aperiente
te manum omnia implebuntur bo
nitate· Auertente autem te· fa
ciem turbabuntur· auferes spiritum
eorum· et deficient· et in pulverem
suum reuertentur· Emitte spi
ritum tuum· et creabuntur· et renouā
bis faciem terre· Sit gloria domini i
seculum· letabitur dominus in op
bus suis· Qui respicit terram· et
facit eam tremere· qui tangit mon
tes· et fumigant· Cantabo domino
in vita mea· psallam deo meo qui
diu sum· Iocundum sit ei eloqui
um meum· ego vero delectabor in do
mino· Deficiant peccatores de terra·
et iniqui ita ut non sint· benedic anima
mea domino· Ps. D.

Confitemini domino· et invo
cate nomen eius· annuntia
te inter gentes opera eius·
Cantate ei· et psallite ei· narrate
omnia mirabilia eius· Laudami
ni in nomine sancto eius· letetur
cor querentium dominū· Querite
dominū· et confirmamini· querite fa
ciem eius semper· Memento mi
rabilium eius que fecit· et prodigi
et iudicia oris eius· Semen ab
ham serui eius· filii iacob electi ei
Ipse dominus deus noster· in om
nem terra iudicia eius· Memor
fuit in seculum testamenti sui· ibi
quod mandauit in mille generatio
nes· Quod disposuit ad abraham
et iuramenti sui ad ysaac· Et sta
tuit illud iacob in preceptum· et israel
in testamentum eternum· Dicens
tibi dabo terram chanaan· funiculū
hereditatis vestre· Cum essent in
numero breui· paucissimi· et incole ei
Et pertransierunt de gente in gen
tem· et de regno ad populum alterum